



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 156. Turcæ Serviam petunt, Georgium aggressuri

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A.C. 1454.

§. CLVI.

**Turcæ Serviam petunt, Georgium  
aggressuri.**

*Chalcondyl.* **H**oc anno Mahometes Serviam seu Ra-  
l. 8. sciam invasit, & Novogradum, (alii  
*Æn. Sylv. de* Neophrygum appellant) urbem metallo-  
*Europ. c. 5.* rum venis celebrem jam olim a se ca-  
ptam, denuo occupavit. Georgius Ser-  
viæ Despota sive Princeps, cum audisset,  
quod Turcæ capta Constantinopoli suas di-  
tiones invaderent, altera jam vice auxilium  
ab Hungaris petiit, & in Austriam usque  
profectus, Ladislaum Regem ibi agen-  
tem adiit. Vir hic ætate venerabilis, sed  
Græcorum erroribus adeo pertinaciter  
addictus erat, ut post longius colloquium  
cum Joanne Capistrano de Romanæ Ec-  
clesiæ fide habitum, tandem responde-  
ret: „ Annis nonaginta vitam traxi, nec  
„ alia mihi Religio nota est præter eam,  
„ quam a Majoribus recepi (") Capistra-  
„ nus

(\*) Tam futili quoque arguento Pro-  
stantes non raro agnitæ veritati resistunt, non  
perpendentes, Religionis veritatem non ab  
rroris vetustate auctoritatem mutuare; nec pa-  
rum in eo hallucinantur, quod errorem uenisi  
ducentos annos & paulo amplius senem ob  
Majorum suorum reverentiam deserere detraherent.

CUM

„nus vero in id jam unice incumbit, ut Sæcul. XV.  
 „me ætate profectum ad amentiam re- A.C. 1454.  
 „digat: Ast malo vitam amittere, quam  
 „mentem mutare. „ His dictis Capi-  
 stranum dimisit, ad sua reversus.

## §. CLVII.

*Georgii Serviæ Despotis obitus.*

Georgius domum rediens, Michaelem Zigalium Huniadis avunculum, qui fines Hungariæ tegebatur, intercipere conabatur, sed paucis post diebus ab eodem Michael ad ripam Danubii captus, cum se gladio defendens duos digitos dexteræ amisisset, magna auri vi libertatem suam redimere coactus est: Non tamen diu supervixit, eoquod sanguis ex truncata manu profluens nunquam sisti potuerit. Successorem in Principatu suo habuit Ladislauum juniorem, cum natu majores ab Amurate oculis orbati fuisserent. Ex quadam tamen Æneæ epistola discimus, quod Georgius ante finem anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi

---

cum tamen iidem Majorum suorum Religionem  
 jam mille quingentos sexaginta otio annos ve-  
 tustat ob unius impudici Apostatæ auditoria-  
 tem deserere, mutilare, & corrumpere non e-  
 rubuerint.